



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

plemētum aliquid per textum, ubi est casus de hoc. in d. c. quāvis. de pact. in 6. ibi enim indistincte, & generaliter hī, q̄ ultra dotem datā filia non possit aliquid petere, nec uenire aliqua de causa, & aliquo modo iuramentum: qui tex. procedit, locumq; habet, etiam si dos congrua nō fuisset data, ut uolunt cōiter Doct. in c. cum contingat. de iureiur. Preterea posito, quod in se uera sint ea, quae ponuntur in hoc ultimo fundamento, nō illa non habent locū in casu nostro, in quo iuratum fuit de non ueniendo, & de nō petendo aliquid ultra ratione, uel occasione alicuius dāni modi ei, uel enormis, uel enormissimi de iure cōi, uel de iure municipalī &c. quo casu nulla rōne, uel causa ipsi do. Antonie de iure pmissum est aliquid petere, uel exigere ab hereditibus dicti magistrī Andree, prout la tius de his dixi in consilio aliis per me edito. Et bene considerentur uerba p̄dicta quia cōprehendunt etiā casum, quando do. Antonia uellet ad supplementum dotis agere remedio, & dispositione statuti circa hoc prouideretis, & p̄nr. q̄n do. Antonia uoluisset agere ad supplementū dotis in pecunia, prout statutū permittit. Et hoc facit ad ea, quae in responsione tertij fundamēti supra dicta fuerunt. ¶ Addo etiā unum, q̄ do. Antonia, cui fuerunt data octingenta nomine dotis, nō fuit ita enormiter lesa, prout ipsa se enormiter lesam p̄supponit, nā ultra dicta octingenta dictus magister Andreas promissit, & se obligauit ei dare habitationē, & alimenta necessaria in casu uiduitatis, qui casus & nunc, & post, & de presenti poterat, & pōt euenire, & esse maxime importantia. iuxta l. hereditatū. & ibi plenē not. ff. ad l. falc. & arg. l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. cū fi. Ex quibus infero, t̄ q̄ cū dicta remissio, seu renunciatio fuerit facta propter dotem datā, & propter obligationē habitationis, & alimentorum in casu uiduitatis, q̄ obligatio poterat esse maxima, si tunc facta fuisset uidua, ac etiam si nunc fieret, nō dī talis renunciatio esse donatio simpliciter, nec propriē, sed ob causam, uel recōpensationē quadā, quae non requirit insinuationem, nec de ea iudicatur, ut de mera donatione ad tradita per Bal. in d. l. illud. per Bar. in l. aquilius. ff. de dona. Et ad propositum nostrū faciunt illa, quae ponit Alex. in cons. 83. in 2. vol. in fi. 5. col. cū seq. Preterea ex quo in tali renunciatio facta ob causam, & in recōpensationem promissorum hinc inde interuenit iuramentum, ea nō debuit insinuari, ut uolunt communiter Doct. canonistae in d. c. cum cōtingat, quos refert, & sequitur Alex. in l. cum de indebito. ff. de probat. in §. sed haec. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. & in consi. 12. & 125. in 1. vol. & in consi. 157. in 2. vol. in final. uerb. ex quibus cessant illa, quae contra illos de sancto Ioseph, multū facere uidebantur. Et ex his, ac ex aliis etiam plenē in alio consilio meo deductis ad fauorem dictorum de sancto Ioseph concludendum esse arbitror. Laus Deo.

S V M M A E.

- Donatio hereditatis simpliciter an, & quomodo ualeat. & numero 5. & 6.
 Error in nomine appellatio, quando inter nomen expressum, & nomen uerum est magna conformitas, non solet vitare.
 Hereditatis partem si quis pacto, uel contractu promittat, aut do net, promissio, & donatio ualeat, secus si hereditatem. & nu. 6.
 Argumentum de toto ad partem quando procedat.
 Promissio, seu donatio bonorum omnium non simpliciter, sed omnium bonorum, uel partis bonorum mobilium, immobilium, & se mouentium ualeat, nec comprehendit iura, & actiones.
 Iura, & actiones quando bonorum appellatione simpliciter, & generaliter facta comprehendantur, & quando non.
 Et quid, si de bonis mobilibus, & immobilibus, & se mouentibus specialis mentio facta fuit.

- 9 Et quid appellatione bonorū ubique, & qualitercūq; existētū.
 10 Promissio, sine donatio facta de dimidia omnium bonorum mobilium, & immobilium, de bonis tamen, ac rebus suis hereditatis post mortē &c. intelligitur facta de dimidia bonorū, quae erunt de hereditate post eius mortem, & nō de dimidia hereditatis.
 11 Promissio, & donatio omnium bonorum suorum post mortem ualeat, & de quibus bonis, & quomodo intelligatur.
 12 Donatio causa mortis inter liberos &c. cum duobus testibus ualeat.
 13 Donatio inter uiuos dicitur, licet in ea mortis mentio facta fuerit, quando actum est, ut non possit aliqua ratione, uel causa reuocari.
 14 Et quid illa uerba post mortem in donatione apposta importent, & quando illis non obstantibus donatio sit inter uiuos, & non causa mortis, & quando secus.
 15 Donationes plures ad illarum confirmationem mortem donatoris exposcunt, quae non dicuntur causa mortis, sed inter uiuos, & coram duobus, uel tribus testibus fieri possunt.
 16 Donatio cum iuramento facta ualeat sine insinuatione.
 17 In donatione ob causam, & in donatione causa mortis insinuationem requiritur.
 18 Donatio si a pluribus fiat pluribus, non dicitur una donatio, sed plures, & tot, quot sint personae tā donantes, quā donatariae.
 19 Donatio inter patrem, & filium, seu filiam in potestate non ualeat, sed uel iuramento, uel morte patris donantis confirmatur.
 20 Collatio in quibus rebus, & bonis locū habeat, & in quibus non.
 21 Verba futuri temporis ad praeteritum non trahuntur, & conditionem important.
 22 Verba, ut supra, quid operentur.

F P I T O M E.

PROMISSIO, sine donatio per stipulationē cum iuramento facta filiae a patre, & eidē a patruo de dimidia omnium bonorum mobilium, immobilium, ac se mouentium de bonis tamen, ac rebus eorū, hereditatis post illorū mortē ualeat, & quomodo intelligat: & eē donationē inter uiuos, nō autē cā mortis ostēdit.
 Et filia, cui ultra bona praedicta donata etiam a patre, & patruo simul fuerunt datae dotes, uolens cum aliis ex testamēto succedere tam patri, quā patruo, quid conferre teneatur.

CONSILIVM LIII.

IN praesenti causa si uellem singula, quae forent necessaria, examinare, amplum profecto consilium facerē, sed omisiss pluribus, solum super ueritate eorum, quae cōcernunt merita causae, conclusiue loquendo insista. Viso itaq; instrumento dotis, & promissionis factae p̄ Iacobum, & Baptistam do. Clarae, & ser Mapheo coniugibus, ac uiso toto processu causae corā excellentissimis arbitris facto, uisq; testamentis Iacobi, & Baptistae fratrum, & consiliis, ac allegationibus ambarū partium, arbitrorū ab ipsis arbitris arbitrandū, & laudandū fore, licuisse do. Clarae, & ser Mapheo coniugibus, uirtute promissionis eis factae in dicto instrumento, ac aliorū in testamentis p̄dictis dispositōrū, petere dimidiā bonorū immobilū, & mobilū, ac se mouentū hereditatis Iacobi, & Baptistae, reseruatīs tñ, ac deductis prius omnibus legatis, & relictis, quae tēpore dicti instrumenti promissionis per dictos Iacobū, & Baptistā in eorum testamentis, seu ultimis uoluntatibus facta fuerant, nec nō ultra dictā medietatē bonorum p̄dictorū dimidiam hereditatis, uidelicet iuriū, actionū, & aliorū bonorum dicti Iacobi, ac etiam tertiam partē hereditatis, uidelicet iuriū, actionum, & aliorū bonorū ipsius Baptistae, exceptis tamen prius, & deductis, ac reseruatīs omnibus dictis legatis, & cū declaratione, & limitatione infra dicenda, nō obstantibus quibuscūq; pro parte dominarū Alexandrē, & Mariae p̄ promissiones factas in dicto instrumento p̄

n dictos

donatorū donataria illa habere debeat, & non prius, prout etiā expressē dī in dicto instrumēto, & ad propositum in terminis facit id, quod uoluit Alex. in d.l. stipulatio hoc modo, qui dixit, q̄ si quis omnia bona sua post mortē donet, intelligitur solū de bonis p̄sentibus. Nec obstant illa uerba post mortem, qm̄ sensus eorum est, ut illa effectualiter debeantur, & perī possint solum post mortē, & hoc, quando constaret, q̄ esset donatio inter uiuos, ut quia dictum fuisset, q̄ esset donatio inter uiuos, uel q̄ non posset reuocari &c. prout in casu nostro dictum, & conuentū fuit: ergo expressē uoluit Alex. q̄ illa uerba post mortē, quando aliter appareret, q̄ sit donatio inter uiuos, non faciunt donationē esse causā mortis, sed denotāt tēpus, quo donatarius habere debeat, prout etiā clarē exp̄ssum fuit in dicto instrumēto: dicitur etiā constare promissionem continere donationē inter uiuos, nō obstantibus illis uerbis post mortē, qm̄ in instrumēto promissionis solum duo, uel tres testes, & nō quinq; interuenerint, ut uoluit Alex. in d.l. stipulatio hoc modo. in 6. col. in ueris. in quantum tñ dixi &c. Sed in casu nostro non interuenerunt quinq; testes, ergo dicitur donatio inter uiuos, & non causā mortis. Nec huic obstat id, quod uoluit Alex. in d.l. stipulatio hoc modo. in 9. col. ibi, aliud nota uerbū &c. limitando tex. in d.l. ubi ita donatur, q̄ ipse loquitur, qm̄ donatio facta cū pacto de nō reuocandō cū iuramēto, nō poterat ualere, ut donatio inter uiuos, ut q̄ dictum fuisset, dono oīa bona mea p̄sentia, & futura sine aliqua reservatione, quo casu donatio inter uiuos ualere nō pōt, ut faceretur oēs in d.l. ac etiā in d.l. si. C. de pac. cum si. nam mentio mortis, uel dicēdo post mortē &c. importat, q̄ sit donatio causā mortis ad hoc, ut actus ualeat, & non pereat, ut ibi per Alex. Sed in terminis nostris potuit ualere, ut donatio inter uiuos, qm̄ nō fuerunt data oīa bona p̄sentia, & futura, sed solum dimidia bonorū mobiliū, & Imobiliū, & se mouētium &c. & sic dicebantur reseruata iura, & actiones, itē bona, de quibus in legatis factis in eorū testamētis, nec nō reseruatus fuerat ususfructus, ut patet in dicto instrumēto, quo casu oēs uolunt, q̄ facta reservatione bonorū aliquorū donatio ualeat, ut inter uiuos, quia sic nō dī ablata facultas testandi, ergo illa uerba Alex. in d. uer. aliud nota uerbū nō obstant. ¶ Præterea donationes, quæ post mortē confirmantur, & ad illarū confirmationē donatoris mortē exposcunt, non reguntur quinq; testes, nisi sola donatio causā mortis. Plures. n. sunt donationes, quæ exposcunt mortē donātis, & nō dicuntur causā mortis, & quæ fieri possunt coram duobus, uel tribus testibus, ut est donatio, quæ fit inter patrē, & filiū, seu filiā in potestate, item donatio, q̄ fit inter uirū, & vxorē, ac alia plures, ut probat tex. in l. donationes quas parentes. C. de donat. int. uir. & uxo. ¶ Tercio principaliter conclusioni supra in prin. traditæ nō obstat, q̄ huiusmodi donatio facta in casu nostro ualere, seu effectū sortiri nō pōt, propterea q̄ in illa insinuatione nō interuenit, & est talis, q̄ de iure eam exposcit, cū excedat summā quingentorū ducatorū, ueluti constat ex cōfessione D. Clare, & apertius ex de positionibus testium examinatorū pro parte D. Alexandræ, & D. Mariæ iuxta d.l. donationes quas parētes. & l. pen. C. de don. cum si. quia primo respōdetur, q̄ ex quo donatio fuit cum iuramēto facta, iuramentū supplet defectū insinuationis, ut uolūt doc. magis cōiter fm̄ Alex. qui infinitos allegat, in l. nemo potest. ff. de leg. 1. lo. de Imo. in c. cum contingat. extra de iureiur. & licet in allegationibus partis aduersæ plures doct. allegentur, qui contrariū tenuerunt, tñ contraria opinio est uerior, magisq; cōis, ut latissime p̄sultit Dec. in consi. 30. inter sua consi. 40. Secundo respondeo, q̄

17 ¶ in donatione ob causam, quæ nō est propriæ donationis, nō requiritur insinuatione, ut est tex. cum glo. & ibi Bar. & alij in l. aquilius regulus. ff. de don. cū sim. quæ allegari possunt, & ultra alias rationes hæc est etiā ratio, quare in donatione causā mortis nō requiritur insinuatione, & est tex. in l. si. C. de do. cau. mor. Tercio respōdeo, q̄ in casu nostro donatio nō excessit summā quingentorū ducatorū, sed longē minoris pretij fuit, & ideo nō fuit necessaria insinuatione d.l. pen. C. de don. Et quauis fortē oīa bona amborū fratrum simul ascēderent ad summā quingentorū ducatorū, tñ pars bonorum cuiuslibet fratris illā summā nō ascendit, ut constat, atq; colligif tam ex capitulis, q̄ ex positionibus, & de positionibus testium, & ¶ cū ambo fratres donauerint dimidiā bonorū suorū &c. ipsi D. Clare, & ser Mapheo, sequitur, q̄ plures dicuntur donationes, uidelicet duæ, & non una tantum, nam quot sunt personæ, tot sunt donationes. l. scire debemus. & ibi Bar. & omnes. ff. de uerb. obl. cum si. allegatis per Alex. & doc. ibi, & hoc negari non potest, ergo respectu Iacobi donatoris dicitur una donatio facta duobus de dimidia bonorū suorū hereditatis, quæ donatio respectu Clare, & ser Maphei nō una, sed duæ dicuntur, ex quo facta fuit duabus personis, & consequēter respectu Iacobi dicentē duæ donationes. d.l. scire debemus. iuncta l. & an eandē de exceptione rei iudi. eodē modo respectu Baptiste donatoris dicitur una donatio, uel fortē melius dicētur duæ, cū similiter duabus personis dimidiā bonorū suorū donauerit, ex quibus luce meridiana clarius constat, q̄ donationes huiusmodi non dicuntur inualide prætextu insinuationis, cum rectē considerando qualibet donatio ad illam summam quingentorū ducatorum non ascendat. ¶ Non obstat quarto principaliter, q̄ donatio facta à Iacobo saltem respectu Clare eius filia non ualuit, qm̄ ¶ inter patrē, & filiū, seu filiā in potestate p̄stituta nō potest fieri donatio, nisi fiat filio, seu filia, ut extraneæ personæ, secundū quod hī per doc. in l. si donatio ne. C. de coll. & in l. si filie. C. fam. erci. per Bar. & alios in l. frater à fratre. ff. de cond. indeb. cum si. quia respōdetur primo, q̄ talis donatio iuramēto firmatur, ut p̄ Alex. & alios in d.l. si donatione. in 3. & 4. col. & habetur per scrib. in d.l. frater à fratre. Secundo respondetur, q̄ talis donatio morte patris donantis confirmatur, ut habetur in d.l. donationes quas parentes. C. de dona. inter uir. & vxor. ¶ Quinto principaliter nō obstat, q̄ dicta Clara, quæ uult, & petit se ad successionē dictorū Iacobi, & Baptiste admitti ex eorū testamētis, in quibus ipsa reperitur pro parte instituta hæres unā cum D. Alexandra, & D. Maria, prout in dictis testamētis continetur, tenetur conferre dotē sibi datam, & donationē etiam sibi factā de dimidia bonorum &c. per ea, quæ habentur in auth. ex testamento. in l. ut liberis. & in l. pen. C. de coll. cum alijs similibus allegatis pro parte dictarum dominarū Alexandræ, & Mariæ, quia licet hoc obiectum magis, quā aliud quodlibet uideatur stringere, tamen benē, & diligenter considerando parum aduersatur, nisi, ut statim dicitur, declarādō, qualiter, & quid ipsa D. Clara conferre teneatur. Et conclusiue loquendo dico, q̄ in primis D. Clara tenetur conferre dotē, quā habuit à patre suo Iacobo, quæ fuit librarū quingentarū, nam Iacobus, & Baptista fratres cōmuniter dederunt dotē librarū mille, & consequēter unusquisq; dedit libras quingētas, solū ergo tenet cōferre dictas libras quingētas, quas causā dotis habuit à patre suo, cui unā cū alijs sororibus ipsa uult ex testamento succedere, nō autem tenetur cōferre id, quod ex causā dotis habuit ab ipso Baptista patruo, cui ipsa Clara uult succedere, 20 quia ¶ solum in hereditate ascēdentium, seu deicē-

dentium, nō aut collateraliū, seu extraneorum, locus est collationi, ad tradita per doc. post glo. & ibi Alex. in l. si emancipati. C. de coll. & per totū ibi, & ff. eo. itē confertur solum id, quod quis habuit ab eo, de cuius successione tractatur, dūmodo ille sit de ascendentibus, uel de descendentibus, ut in d. l. ut liberis, ibiq; Alex. C. de coll. & hæc est uera regula in materia collationis, & habetur per D. Card. & Abb. in c. cū oēs. extra de constit. super solutione p̄trarij de l. si. ff. de coll. bono. Respectu uero donationis, an bona donata debeant conferri, concludo, q̄ quoad partē donatā ipsi ser Mapheo, cui simul cum D. Clara fuit facta donatio, ut in instrumēto donationis, collatio locum non habet, tum quia ipse non est de descendentibus, nec de ascendentibus, tum quia ipse non uult, nec potest succedere vnā cum filiabus Jacobi, ut patet. Respectu uero partis bonorū donatorū ipsi D. Claræ, quæ uult ex testamēto unā cū alijs succedere, cōcludo, q̄ respectu bonorū sibi à Baptista patruo donatorū, ipsa non tenetur illa conferre, quamuis illi ex testamēto succedere uelit, ea ratione, quia ipsa non est de liberis, nec de descendentibus, siue ascendentibus Baptista, per prædicta. Respectu autē partis bonorū sibi donatorū à patre suo Iacobo, cui uult unā cum alijs ex testō succedere, concludo etiā ipsam non teneri ad illorū bonorū collationē, quia licet filius, qui uult patri succedere, teneatur cōferre sibi donata, quādo illa sibi fuerunt in uita acquisita, tamē non tenetur conferre illa donata, siue alia, quæ habuit à patre, & quæ sibi post mortē fuerit acquisita, & ideo dos, & donatio ob causam conferuntur. d. l. ut liberis. C. de col. & expressē habetur per Alex. & alios in d. auct. ex testamēto. Card. in d. c. cum omnes. sed Iacobu, per stipulationē promisit D. Claræ, & ser Mapheo dimidiam bonorū hereditatis post mortem suā, & sub cōditione, si ipse Iacobus, & frater suus Baptista decesserint sine filijs masculis, uel cū filiabus natis, ut in dicto instrumēto continetur, ex cuius uerbis constat, promissionē illam donationem continere, ut per Bar. Imol. & alios in d. l. stipulatio hoc modo. in 2. col. & talem promissionē, & donationem factā fuisse sub conditione, quæ erat post mortem dicti Iacobi, & Baptiste extincta, prout sapius præsupponunt, & demonstrant uerba in instrumēto, & propterea ante euentum conditionis, & sic ante illorum mortem bona ipsi Claræ, seu ser Mapheo donata nō potuerunt in uita ipsius Claræ acquiri, sed solum post mortē. l. cedere diem. ff. de uerb. sig. cum si. ibi allegatis. & §. sub conditione. Instr. de uerb. ob. cum ibi not. ergo illorum collationi non est locus per prædicta. Præterea ex quo donatio facta fuit per Iacobū ipsi Claræ filia posita in potestate, ea non potuit nisi post mortē acquiri ipsi Claræ per tex. in d. l. donationes quas parentes. & in d. l. si filia. cū ibi not. cum alijs, quæ supra dixi. ergo ipsa non tenetur illa D. Alexandræ, & D. Mariæ conferre, sed solum tenetur conferre partem dotis, quam habuit à patre, seu de bonis patris, quia illa fuit sibi in uita acquisita, & effectū fuit patrimonij suum, iuxta tex. in l. pōponius philadelphus. ff. fami. erci. cum ibi not. l. 3. sed utrū. ff. de minoribus. Alex. in l. 1. & in auct. ex testō. in pen. col. post Bart. C. de coll. glo. & doct. in l. 2. C. de inoff. dona. ¶ Ultimo non obstat, q̄ promissio, seu donatio D. Claræ facta fuerit in casu, quo ipsi donatores nō haberent alias filias fœminas, & sine alijs filiabus fœminis decesserint, q̄ si cum alijs filiabus fœminis decesserint, uoluerunt omnes filias æqualiter debere admitti, sed in casu nostro Iacobus ultra D. Clarā decessit cum alia filia fœmina, uidelicet cum D. Alexandrā, item cū D. Mariā eius nepte nata ex alia eius filia, ergo nō potest D. Clara dici uocata ad dictam

dimidiam bonorū donatorum, quia non est nisi ipsi decesserint sine alijs filiabus, ex quo Iacobus una etiam tantum filia decessit. l. non est similis. ff. de uerb. sig. l. 1. cum ibi not. C. de condit. inst. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. cum si. Quare respondetur, & facillimē, quod uerba instrumēti tollunt cultatē, nam in eo dicitur, si uero cum alijs filiabus minis ex legitimo matrimonio nascituris decesserint, apparet, q̄ contrahentes habuerunt relationē sciuras, non autem ad iam natas, & hoc n. patet nascituris est futuri tēporis, & ideo non debet teritum trahi. l. 1. cum ibi no. per doct. ff. quod iur. quia conditionem importare dicitur, ut in titia testamento. in prin. in gl. si. ff. de leg. 2. ¶ 2. stat, q̄ in parte narratiua instrumēti dicitur, q̄ habuerint, uel aliquis eorum filiam, uel filias, rit legitimas, & naturales ex legitimo matrimonio ut supra & c. & sic non fit ibi mentio de nascituris respondetur, q̄ per illa uerba, ut supra, dicitur rita qualitas præcedens, hæc enim uerba declarant restringunt dispositionem ad casum expressum positum iuxta ea, quæ habentur in conf. 2. in filia Alex. in 4. uol. in 6. col. Decius in conf. 182. de Anch. in conf. 3. 1. Sed supra in præcedentibus ximē dictū fuerat, & ex legitimo matrimonio turos & c. ergo & in filiabus idem debet dici, & maxime, quia postea in parte dispositiua instituti de nascituris dictum fuit, & præcedentia decur per sequentia. l. si seruus plurimum. in si. ff. de cum uulgaribus. Quare ex omnibus prædictis pos arbitrios laudandū est ad fauorem D. Claræ, Maphei agentium, q̄ ipsis debeatur dimidia bonorū Iacobi, & tertia bonorum Baptiste cum relictis legatorum, prout in dicto instrumēto, & sequenter q̄ ipsi D. Mariæ debeatur legatum filiarum quadringentarum quinquaginta sibi in testamēto Iacobi factum, & dicta D. Clara teneatur cōferre dimidiam dotium suarum, & parafrenalium, de quibus in instrumēto, ex quo illam habuit à Iacobo suo, cui uult unā cum D. Alexandrā ex testamēto cedere, prout supra plene dictum, & ostensum.

S. V. M. M. A. E.

- 1 Dos habita à patre est profectitia, & conferenda ab illis, ut patri etiam ex testamento succedere.
- 2 Et est aduentitia, & non conferenda, quando pater fuisse illam soli filij, & non sibi relictui.
- 3 Dos aduentitia, & habita ab extraneo, & ab alio, quæ non conferitur.
- 4 Pau. de Cas. in l. ut liberis. C. de coll. in 2. col. dicens dicitur etiam ab extraneo debere conferri, declaratur.
- 5 Dos data à patrno dicitur aduentitia tanquam ab extraneo, & soli nepti acquiritur, neque conferitur.
- 6 Et non confertur data contemplatione patris, si patris non fuisse illam sibi, & heredibus suis, non autem patri relictui.
- 7 Filiofamilias datum quando confertur aduentitium, & contemplatione sui, & non patris datum, & nu. 9. & 15.
- 8 Dos potest filiofamilias etiam in uita patris acquiri.
- 9 Causa finalis ex præfationibus colligitur.
- 10 Collatio non habet locum in quærendis post mortem illius, in successione agitur, & nu. 2. l. & 2.
- 11 Donatio, seu concessio duobus copulatiuē facta, cessat uero dimidia facta, et uni in solidum, si alter illa non acceptauerit.
- 12 Collatio inter quos, & in quibus locum habeat, & in quibus & num. 16.
- 13 Conferre qui teneantur.
- 14 Collatio non habet locum inter liberos, quando succedunt extranei ex capite unde agnati, uel unde cognati.
- 15 Donatio propter merita à liberis in successione ascendente conferitur.
- 16 Collatio an inter collaterales, et in successione collaterali